

Privilegium Semovithi, Casimiri et  
Wladislai ducum Mazowie susceptionis  
Stanislai episcopi subditorum et ceteri in de-  
fensionem et tutelam, ubi promisit observare  
privilegia ecclesie Bloensis per antecessores con-  
cessa ~



Nos Semovithus, Casimirus et Wladislaus Dei  
gratia duces Mazowie Russiaeque principes etc: ad u-  
niversorum tam presentium quam futurorum notiti-  
am tenore presentium volumus et cupimus decessire.  
Quod quamvis inter nos ab una, et reverendum in  
Christo patrem dominum Stanislauum episcopum  
Bloansem ab altera partibus, multa difficultates,  
multaque incendia odiorum et disturbiorum, ac per-  
plexitates varia processissent, ex quibus mala inopina-  
ta evenire potuissent, vel saltem suspicio gravis, qua  
dissensiones panti, locum inter nos habuisset, et habere  
potuisset et occupasset, et tandem multa incommoda,  
vexationes, et plura peiora ecclesie Bloansi et ternis  
nostris exinde emergi potuissent et suscitari, Divino  
nuta et voluntate, instinctuque Spiritus sancti moti, ab  
utraque parte, ac de consilio nostrorum tam spirituali-  
um quam secularium prelatorum, mature deliberati,  
cum prefato domino episcopo et sibi adherentibus, ad  
veram et finalem devenimus concordiam et unionem.  
Volentesque ut inter nos peramplius et ipsum dominum  
episcopum, fomes odii conceptus extinguatur, et continua,  
synvera, pura ac integra amicitia et favor sequi possint,  
ceterum et in antea, ipsum dominum episcopum Bloan-  
sem, nec non ecclesie subditos, et quolibet bona ipsius,  
in nostram tutelam et immutabilem protectionem susce-  
pimus,

~

